

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio p
cum uariis

Sacerdotes caute necesse est uigilare sollicitos, quo uidelicet delinquentium cordibus tanto moderamine uerbum timoris et contricionis infligant, quatenus eos nequaquam a uerbo confessionis exterreant, sic corda aperiant ut ora non obstruant. Sed nec absoluant eciam compunctum nisi uiderint confessum quoniam quidem corde creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Quisquis ergo uerbum confessionis in ore habet et in corde non habet, aut dolosus est aut uanus; quis uero in corde et non in ore, aut superbus est aut timidus.

Bernardus de noua milicia.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quatenus] quo M; quis] qui V² L¹ L²; Bernardus de noua milicia] Augustinus ad fratres in eremo sermone 30. to. 10. V² L¹, Augustinus ad fratres in eremo sermone 20. to. 10. L²